BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

eruditos corde in sapiencia. Con
vertere domine usque quo et depre
cabilis esto super servos tuos. Re
pleti sumus mane misericordia tua et
exultavimus et delectati sumus in
omnibus diebus nostris. Leta
ti sumus pro diebus quibus nos
humiliasti annis quibus ~~nos hu
miliasti~~ vidimus mala. Respi
ce in servos tuos et in opera tua do
mine et dirige filios eorum. Et
sit splendor domini dei nostri su
per nos et opera manuum nostrarum di
rige super nos et opus manuum no
strarum dirige.

Qui habitat in adiutorio
altissimi in protectione dei
celi commorabitur. Dicet
domino susceptor meus es tu et
refugium meum deus meus et spe
rabo in eum. Quoniam ipse li
beravit me de laqueo venancium
et a verbo aspero. Scapulis
suis obumbrabit tibi et sub pennis
eius sperabis. Scuto circumdabit
te veritas eius non timebis a timore
nocturno. A sagitta volante in
die a negocio perambulante in tene
bris ab incursu et demonio meri
diano. Cadent a latere tuo mil
le et decem milia a dextris tuis ad
te autem non appropinquabit. Verum
tamen oculis tuis considerabis et
retribucionem peccatorum videbis.
Quoniam tu es domine spes
mea altissimum posuisti refugium
tuum. Non accedat ad te ma
lum et flagellum non appropin
quabit tabernaculo tuo. Quo
niam angelis suis mandavit de te ut
custodiant te in omnibus viis
tuis. In manibus portabunt
te ne forte offendas ad lapidem
pedem tuum. Super aspidem
et basiliscum ambulabis et concul
cabis leonem et draconem. Quo
niam in me speravit liberabo eum
protegam eum quoniam cognovit
nomen meum. Clamavit ad
me et ego exaudiam eum cum ipso
sum in tribulacione eripiam eum
et glorificabo eum. Longitudine
dierum replebo eum et ostendam il
li salutare meum.

Bonum est confiteri domino
et psallere nomini tuo al
tissime. Ad annunciandum
mane misericordiam tuam et veritatem tuam
per noctem. In decacordo psalterio cum
cantico et cythara. Quia delect
asti me domine in factura tua et in
operibus manuum tuarum exultabo.
Quam magnificata sunt opera
tua domine nimis profunde facte
sunt cogitaciones tue. Vir insi
piens non cognoscet et stultus non
intelliget hec. Cum exorti fuerint
peccatores sicut fenum et apparuerint
omnes operantes iniquitatem. Et
intereant in seculum seculi tu autem
altissimus in eternum domine.
Quoniam ecce inimici tui domine
quoniam ecce inimici tui peribunt et disp
gentur omnes qui operantur iniqui
tatem. Et exaltabitur sicut uni
cornis cornu meum et senectus mea
in misericordia uberi. Et despexit oculus